



**Rei Christianae Apvd Iaponios Commentarivs**


**Trigault, Nicolas**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1615**

Serenissimo, Potentissimo Et Invictissimo Principi Ac Domino, Domino  
Matthiæ, Electo Romanorvm Imperatori, Semper Avgvsto, Hungariæ &  
Boëmiæ Regi, &c. Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, &c. Comiti ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68745](#)



SERENISSIMO,  
POTENTISSIMO ET  
INVICTISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO, DOMINO  
MATTHIÆ,  
ELECTO ROMANORVM  
IMPERATORI, SEMPER AVGV-  
sto, Hungariæ & Boëmiæ Regi, &c. Ar-  
chiduci Austriae, Duci Burgundiæ, &c. Co-  
miti Tirolis, &c. Domino nostro  
clementissimo.

Nicolaus Trigautius Societatis IESV.

**N**on omnia parua  
magno dedecent,  
Imperator Augu-  
stissime, alioqui  
neq; Homeri Ilias  
)( 2              in

DEDICATIO.

in nucem collecta, artificibus ad-  
mirationi; neque eburneum Myr-  
mecidis plaustrum sub musca alis  
conclusum, magnatibus volupta-  
ti; neq; gemmae quantumuis par-  
ua principum thesauris ornamen-  
to unquam fuissent. verum hæc ta-  
lia non eò attulerim, ut hunc libel-  
lum, quem Maiestatitua dico cō-  
secroq;, eiusmodi esse arbitrer, qui  
intertanta ingeniorum miracula  
locum habere, aut gemmeos Cræ-  
forum thesauros ornare possit. alia  
quoque vestis est, quā se fere res qua-  
piam spectabilem facit. plurima  
viris principibus, non quod pre-  
tiosa, sed quod rara: non quod ad-  
miranda, sed quod noua sint, ada-  
man-

DEDICATIO.

mantur. Et hæc libello meo via est,  
quæ se ad Maiestatis tua manū  
viâ patentiore, peruenturum spe-  
rat. nam ē nouus est, ē rarus  
est. nouus, quia iam primum à me  
in lucem hoc modo editus; rarus,  
quia alio ex orbe aduectus non in  
Europâ, sed in Asiam apud Iapo-  
nas, res gestas prosequitur: id quod  
spem mihi fecit sane non exiguum  
fore, ut libellus iste, saltem quod  
noua ē rara doceat, à benignissi-  
mâ manu tuâ non inuitè accipe-  
retur. Sed unde is Iaponiæ animus,  
ut hæc reculas suas potentissimo  
Imperator obtrudere non erubef-  
cat? ipsius ego vicem, Augustissi-  
me Imperator, respondebo. Ea

) ( 3      sunt

DEDICATIO.

sunt Maiestatis tua in rem Christianam merita, ea in Catholica fide cùm tuenda, tūm propaganda studia, ea etiam in Societatem nostram extant beneficia, ut angustis Europæ nostræ limitibus contineri non possint. quotannis ea persociorum litteras in extremum orientem nauigant, & iam apud Iapones etiam Austriacæ pietatis, & tuae virtutis decoræ decantantur. Hæc Japonia nostræ illustria satis visa sunt, quare hunc de rebus suis commentariolum nomini præsertim tuo dedicatum voluerit, & eò etiam confidetius voluerit, quò minus dubitauit voluntatem te ex ea lectione capturum

non

DEDICATIO.

non mediocrem, si, qui tuus in  
Christianam religionem semper  
fuit animus, in ultimis etiam ter-  
ris, tantos tot saeculorum errores  
emendatos tandem fuisse cognos-  
cas. Et hanc illius libri fiduciam  
accedit & auxit, ipsum cōmen-  
tarioli huius ornementum. Mar-  
tyrum enim in terrâ Iaponiâ fu-  
so sanguine purpuratus, ad tuam  
Majestatem supplex aduoluitur,  
qui quidem sanguis non solum te-  
stis est accepta & defensæ, verum  
etiam propaganda ulterius reli-  
gionis Christianæ. Quare, Impe-  
rator Augustissime, scriptum hoc  
derebus Iaponicis iam adeò editū,  
benignus tolle & foue, hac etiam

) ( 4

in

D E D I C A T I O.

in re Dei amulus, qui, cùm maximorum sit maximus, nescio tamen quo modo ijs, quæ parua credimus, velut magnis videtur delectari: Et hoc eò fortassis, quod nos ea quæ verè magna sunt, haud satis cognoscimus. Accipe igitur libellum hunc Et illum quoque Majestatis simul Et humanitatis tua radiis illustra, neque expende quantum debeamus, sed quantū Tua in nos beneficentia possimus reddere. Faxit Deus, ut, quod olim Venusinus vates Augusto Caesariprecatus est, Serus in calum redeas, diuq̄ latus intersis populo Quirini: Et ubi imperium posueris in orbem hunc inferiorem,  
supre-

D E D I C A T I O .

supremum illud in beatorum orbe  
tibi deferatur. Roma Kalen-  
dis Martii. Anno clc l c XV.



X S CAN-